LINGVA LATINA PER SE ILLVSTRATA

LEXICON IMAGINIBVS ORNATVM

composuit *Ansgarius Legionensis*

NOMINA SECVNDAE DECLINATIONIS	Familia Romana	Imagines
AMICVS-I	VI, 43 Davus amicus Medi non est, nam servus bonus et servus malus non amici, sed inimici sunt.	
ANVLVS-I	VIII. 7 Anulus cum gemma ornamentum pulchrum est.	
ASINVS-I	X, 1 Equus et asinus, leo et lupus, canis et ovis bestiae sunt.	
ATRIVM-I	V, 27 In villa Iulii magnum atrium est cum magno impluvio.	
BACVLVM-I	IV, 62 Iulius baculum suum in mensa ponit. Baculum domini in mensa est.	
BRACCHIVM-I	XI, 1 Corpus humanum quattuor membra habet: duo bracchia et duo crura.	
CAELVM-I	IX, 25 Sol in caelo est supra campum. In caelo nulla nubes videtur. Caelum est supra terram.	
CAMPVS-I	IX, 21 Oves non in silva neque in monte, sed in campo sunt.	

CAPILLVS-I	XI, 6 Super caput capillus est. Capillus virorum non tam longus est quam feminarum.	
CAPITVLVM-I	I, 73 In capitulo primo mille vocabula sunt.	 INDEX CAPITVLORVM pāgina Cap. I. IMPERIVM ROMANVM . . . 7 LITTERAE ET NVMERI . . . 9 II. FAMILIA ROMANA . . . 13 LIBER TVVS LATINVS . . . 16 III. PVER IMPROBVS . . . 19 IV. DOMINVS ET SERVI . . . 26 V. VILLA ET HORTVS . . . 32 VI. VIA LATINA . . . 41 VII. PVELLA ET ROSA . . . 48 VIII. TABERNA ROMANA . . . 54 IX. PASTOR ET OVES . . . 63 X. BESTIAE ET HOMINES . . . 69 XI. CORPVS HVMANVM . . . 77 XII. MILES ROMANVS . . . 85 XIII. ANNVS ET MENSES . . . 95 XIV. NOVVS DIES . . . 103 XV. MAGISTER ET DISCIPVLI . . . 110 XVI. TEMPESTAS . . . 118 XVII. NVMERI DIFFICILES . . . 126 XVIII. LITTERAE LATINAE . . . 135 XIX. MARITVS ET VXOR . . . 145 XX. PARENTES . . . 154 XXI. PVGNA DISCIPVLORVM . . . 163 XXII. CAVE CANEM . . . 172 XXIII. EPISTVLA MAGISTRI . . . 179 XXIV. PVER AEGROTVS . . . 187 XXV. THESEVS ET MINOTAVRVS . . . 195 XXVI. DAEDALVS ET ICARVS . . . 203 XXVII. RES RVSTICAE . . . 211 XXVIII. PERICVLA MARIS . . . 222 XXIX. NAVIGARE NECESSE EST . . . 232 XXX. CONVIVIVM . . . 242 XXXI. INTER POCVLA . . . 251 XXXII. CLASSIS ROMANA . . . 261 XXXIII. EXERCITVS ROMANVS . . . 273 XXXIV. DE ARTE POETICA . . . 284 XXXV. ARS GRAMMATICA . . . 296 TABVLA DECLINATIONVM . . . 307 KALENDARIVM ROMANVM . . . 312 INDEX VOCABVLORVM . . . 313 INDEX GRAMMATICVS . . . 326
CEREBRVM-I	XI, 9 Post frontem est cerebrum. Qui cerebrum parvum habet stultus est.	
CIBVS-I	IX, 6 Cibus ovium est herba. (…) Cibus pastoris est panis.	
COLLVM-I	XI, 18 Caput est super collum. Sub collo est pectus.	
CVBICVLVM-I	V, 35 In villa sunt multa cubicula. Quintus in cubiculo parvo dormit.	
CVLTER-TRI	XI, 96 Ecce medicus cultrum ad bracchium pueri apponit.	

DEVS-I	X, 28 Mercurius est deus mercatorum. Neptunus deus maris est. Mercurius et Neptunus dei Romani sunt.	
DIGITVS-I	VIII, 119 Medus anulum in digito Lydiae ponit. In quo digito? In digito medio.	
DOMINVS-I	II, 28 Iulius est dominus Medi et Davi. Iulius dominus servorum est.	
EQVVS-I	VI, 56 Cornelius in equo est. Equus qui Cornelium vehit pulcher est.	
FILIVS-I	II, 12 Marcus filius Iulii est. Marcus filius Aemiliae est. Quintus quoque filius Iulii et Aemiliae est.	
FLUVIVS-I	I, 18 Nilus fluvius est. Rhenus fluvius est. Nilus et Rhenus fluvii sunt	

FOLIVM-I	X, 70 Nidi avium inter ramos et folia arborum sunt.	
HORTVS-I	V, 34 In peristylo parvus hortus est.	
IMPERIVM-I	I, 55 Vbi est imperium Romanum? Imperium Romanum est in Europa, in Asia, in Africa.	
IMPERIVM-I	X, 29 Mercurius imperia deorum ad homines portat, is enim nuntius deorum est.	
IMPLVVIUM-I	V, 27 In villa Iulii magnum atrium est cum magno impluvio.	
INIMICVS-I	VI, 43 Davus amicus Medi non est, nam servus bonus et servus malus non amici, sed inimici sunt.	
LABRVM-I	XI, 10 Os est inter duo labra. (…) Lingua et labra rubra sunt ut rosae.	
LECTVS-I	X, 125 Quintus a Iulio in villam portatur et in lecto ponitur.	

LIBERI-ORVM	II, 21 Marcus, Quintus Iuliaque sunt tres liberi. Liberi sunt filii filiaeque.	
LIBER-RI	II, 81 ***LINGVA LATINA*** est primus liber tuus Latinus.	
LILIVM-I	V, 14 Iulius multas rosas et multa lilia in horto suo habet.	
LVPVS-I	IX, 22 In silva est lupus. Pastor et oves lupum timent, nam lupus oves est.	
MALVM-I	VII, 43 Iulius: “Videte, pueri: hic saccus plenus malorum est”	
MEDICVS-I	XI, 26 Medicus est vir qui homines aegros sanat, sed multi aegri a medico sanari non possunt.	
MEMBRVM-I	XI, 1 Corpus humanum quattuor membra habet: duo bracchia et duo crura	
MVRVS-I	VI, 14 Circum oppida muri sunt. Circum Romam est murus antiquus. In muro Romano duodecim portae sunt.	

NASVS-I	V, 18 Syra, quae bona ancilla est, nasum magnum et foedum habet.	
NIDVS-I	X, 69 Aves nidos faciunt in arboribus; nidi earum inter ramos et folia arborum sunt. Aquilae in montibus nidos faciunt. In nidis sunt ova.	
NUMERVS-I	II, 43 ***Duo*** et ***tres*** numeri sunt. ***Centum*** quoque numerus est. ***Centum*** est magnus numerus. ***Tres*** parvus numerus est.	
NVMMVS-I	IV, 6 Aemilia sacculum videt Iuliumque interrogat: “Quot nummi sunt in sacculo tuo?”	
NVNTIVS-I	X, 29 Mercurius imperia deorum ad homines portat, is enim nuntius deorum est.	
OCEANVS-I	I, 53 Num oceanus Atlanticus parvus est? Non parvus, sed magnus est oceanus.	
OCVLVS-I	XI, 13 Homines oculis vident et auribus audiunt. Homo qui oculos bonos habet, bene videt, qui oculos malos habet male videt.	

OPPIDVM-I	I, 33 Brundisium oppidum est. Brundisium et Tusculum oppida sunt.	
ORNAMENTVM-I	VIII, 4 Albinus est tabernarius Romanus qui gemmas et margaritas vendit. Gemmae et margaritae sunt ornamenta.	
OSCVLVM-I	VII, 62 Aemilia viro suo osculum dat. Iulius Aemiliae osculum dat.	
OSTIARIVS-I	VII, 33 Iulius ambulat ad ostium, quod ab ostiario aperitur. (…) Post eum veniunt Syrus et Leander. Ostiarius post eos ostium claudit.	
OSTIVM-I	V, 25 In villa sunt duo ostia: ostium magnum et ostium parvum. Villa duo ostia et multas fenestras habet.	
OVVM-I	X, 71 In nidis sunt ova. Aves ova pariunt, ex quibus parvi pulli exeunt.	
PENSVM-I	I, 107 PENSVM A, PENSVM B, PENSVM C…	

PERISTYLVM-I	V, 30 Etiam peristylum magnum et pulchrum in villa est. ***Peristylum*** est vocabulum Graecum.	
PETASVS-I	X, 27 Mercurius ut avis volare potest, nam in pedibus et in petaso eius alae sunt.	
PIRVM-I	VII, 52 Iulius: "In sacco eius pira insunt. (…) Videte, pueri: hic saccus plenus est pirorum."	
POCVLVM-I	XI, 36 Aemilia puero aegro malum rubrum dat, neque is malum esse potest. Mater ei poculum aquae dat.	
PRETIVM-I	VIII, 61 Albinus: "Pretium huius anuli est centum sestertii" Medus: "Centum sestertii? Id magnum pretium est!"	
PVER-I	II, 2 Marcus est puer Romanus. Quintus quoque puer Romanus est.	
PVLLVS-I	X, 72 Aves ova pariunt, ex quibus parvi pulli exeunt.	

RAMVS-I	X, 100 Nidus est in parvo ramo. Ramus qui nidum sustinet non crassus, sed tenuis est. (…) Ecce ramus cum puero et nido et pullis ad terram cadit!	
RIVVS-I	IX, 8 In rivo est aqua. Oves in campo herbam edunt, et aquam bibunt e rivo, qui inter campum et silvam est.	
SACCVLVS-I	IV, 3 Sacculus Iulii non parvus est. In sacculo eius est pecunia. Iulius pecuniam in sacculo habet.	
SACCVS-I	VI, 25 Syrus et Leander duos saccos in umeris portant. Sacci quos Syrus et Leander portant magni sunt.	
SERVVS-I	II, 26 Estne Medus filius Iulii? Medus filius Iulii non est, Medus est servus Iulii.	
SESTERTIVS-I	VIII,61 Albinus: “Aspice hunc anulum: in hoc anulo magna gemma est. Tanta gemma sola octoginta sestertiis constat.”	

SPECVLVM-I	VII, 8 Iulia speculum sumit et ante oculos tenet. Puella se in speculo videt et se interrogat: “Estne foedus nasus meus?”	
TABERNARIVS-I	VIII, 2 Cuius est haec taberna? Albini est. (…) Albinus est tabernarius Romanus qui gemmas et margaritas vendit.	
TITVLVS-I	II, 82 **LINGVA LATINA** est primus liber tuus Latinus. Titulus libri tui est ***LINGVA LATINA.***	
VESTIGIVM-I	X, 17 Qui ambulat vestigia in terra facit.	
VIR-I	V, 20 Iulius est vir Aemiliae, feminae pulchrae. Iulius Aemiliam amat, quia ea pulchra et bona femina est. Aemilia Iulium virum suum amat et cum eo habitat.	
VMERVS-I	IX, 84 Pastor laetus ovem in umeros imponit.	